tanquam peremptorio stare Juri parere respondere, Vadium praefa:
tum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat praesentibus, eundem Terminum
primum peremptorium, Vt et alios omnes exinde Conuenien:
tes Causa eiusdem Terminos semper peremptorios Vera insti:
mitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra
Vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Curiam
vero Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimen:
tis non differendo ad quietationem praeterea Vlos proximos
officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos
dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellatio:
nes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia
paenis simplicibus Vel triplicatis Guarentiis suspensione
fatalis Juris praescriptione Terrestri bello Conuentione q ac aliis
omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec
modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali
recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

21 | III

Feria Tertia post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio

1349

Los Madalinski Quietat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca:
strensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Mi:
chael Gabriel Los Dapifer Oruciensis Sanus mente et corpo:
re existens a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusq suis

quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad actum modernum attinet, Seque Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere, publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse Generosum Alexandrum Georgium de Niedzielsko Madalinski et ipsius Successores de Scripto certo manuali per eundem Generosum Madalinski in rem et personam sui Recognoscentis de actu et data hic Premisliae die Nona February Anno praesenti confecto dato et Conscripto, et Actis praesentibus roborato, nec non de omnibus eiusdem Scripti manualis Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis Vadio ligamentis, ac nexibus generaliter Vniversis, ob sufficientem et plenariam Satisfactionem quietat, emittet, dimittit, liberumque et absolutum facit et perpetuo pronunciat, Scriptum hoc idem manuale cum eius ligamentis in toto et totaliter, cassat mortificat et annihilat. Hac Sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

23 | III Feria Quinta post Dominicam Iudica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio.

1349 Horodyski Consorti Reformat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Ioannes Horodyski Sackowicz Nobili Andrea Horodyski Sackowicz cum Nobili Anastasia Sozanska procreatus filius, Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet

Seque